

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

London, British Library (*GB-Lbl*)
Arundel 299, f. 90r-v
Transcription : Christian Meyer
(mai 2006 – rév. nov. 2017)

90r

¹ <D>e igitur silencio transeamus <ad> quidditatem et divisionem musice pro cantum et divisionem musice tamquam ignorantibus.

² Dicendum est ergo quid sit musica. Musica est [ergo] scientia iocundissima homines honorans et decorans tripudiis, vocem rectificans, supernis placens. Hoc Bohecius. ³ Vel sic : Musica est corporis vel anime possessio disponens et habitans corpus et animam. ⁴ Vel sic : est ars docens voces formare, formatas naturaliter bimolliter vel duraliter per sonum accentuare. ⁵ Dicitur autem musica secundum aliquos a *mois* grece, quod est *aqua* latine, et *ica* scientia, quasi scientia inventa penes aquas. ⁶ Vel sic et melius dicitur a *musis*, i. fistulis, orificium habens, eo quod Tubal ex sono fistularum proprietates et diversitates vocum et modorum consideravit et in consonancias redegit. ⁷ Vel dicitur musica quasi prebens et dans facilem modum cantandi.

⁸ Sed divisio ipsius primo cadit in theoricam et practicam. De theoria nihil ad propositum, sed de ea traditur in libris Boheci

2 (musica-placens) TRAD. Holl. XII 1, 8

4 (ars docens... accentuare) TRAD. XII 9

8 (in theoricam... ad propositum) TRAD. XII 15-16

1 cantum] tantum *cod.* | ignorantibus] ignorantes *cod.*

2 vocem] vocum *cod.*

3 habitans] abituans *cod.*

6 orificium] ortum *cod.*

90v

et Muris. ⁹ Sed musica practica illa est triplex scilicet <...> cromatica, et est que ex vocibus mollibus componitur. Et de tali dicit Iohannes de Muris quod aliqui fuere qui diviserunt ipsum diatesseron in semitonio minori primo et semitonio maiori secundo et tribus semitonii ^{4^{or}} cordas componentes, ita quod tantum ex diversibus vocibus complectitur. ¹⁰ Et de tali eciam dicit Iohannes Muris : diatonica autem est, que [est] tenens medium inter molle et durum et tamquam virtuosa existens in medio elicetur quia ipsa ex vocibus non nimis mollibus nec nimis duris, sed mediis constituitur. ¹¹ Hinc monacordum tocius manus totam armoniam artis musice ex duris vocibus | simul et mollibus complectitur. ¹² Hinc Bohecius in prohemio sue *musice* testimonium prebuit dicens Platonem precepisse in musica tantum diatonica informandos quare hec sola servit nobis ad presens.

¹³ De aliis autem duobus precedentibus dicit Iohannes Muris in 2^a parte sui <tractatus> admirando quod in partibus nostris ubi religio katholica viget, nunquam in usum cecidere. ¹⁴ Nam et modum dubium est ubi hee musice et sub qua parte celi latitant. ¹⁵ Nichil plus opinor nisi <quod quasi> contra naturalem inclinationem hominum vocumque [†]est cantus fuit contraria[†]. ¹⁶ Nam <per> huiusmodi genera musice vix aut nunquam humana vox concordaret neque de seipsa certa esset. ¹⁷ In instrumento tamen possibile [est] esse<t> multum. ¹⁸ Nam dubito minime quoniam dura et aspera iniocundaque sit illa musica hominibus inbutis in 3^o genere dyatonicō in quo nos sumus. ¹⁹ Sed in genere diatonicō idem in sua musica inquit parte 2^a capitulo eodem : omnis namque cantus ecclesiasticus quem sancti patres invenire et homines bone mentis et digne memorie, mensuratur per tempora certa in conductis, modulis ceterisque modis.

10-12 (diatonica... informandos) TRAD. V pr. 113-116

13-19 cf. IOH. MUR. spec. 2, 78, 81-83, 79

10 elicetur] illiciter *cod.*

15 contra] quia *cod.*

17 multum] mutum ? *cod.*